



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. An Ecclesia obtines duplex privilegium exemptionis, Episcopi v. g. &  
Papæ, utroque uti possit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

## §. IV.

An & quando exempti à jurisdictione Episcopi possint coram eodem conveniri & ab illo puniri, non obstante privilegio exemptionis?

**D**E jure quidem antiquo statutum est in cap. 1. volentes h. t. in 6. ut exempti, quamvis suā à jurisdictione ordinariorum gaudeant libertate, conveniti tamen coram ordinariis possint ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qualibet illis moveruntur, si nimis delictum commissum sit, aut contractus factus in loco non exempto, aut res litigiosa non sit exempta, aut sita sit in loco non exempto, cum in tali casu non absolutè exempti hi tales videantur, ad cavendum nimium præjudicium ordinariorum, sed tantum in ordine ad certum locum, aut rem &c. quia tamen hodie plerique regulares, quos potissimum exemptionis hæc materia concernit, specialibus privilegiis à Pontificibus munisunt, ut neque in allatis casibus sint coram ordinariis convenienti: multi autem alii causas ab Auth. Method. L. 1. Decres. tit. 31. secl. 3. §. 10. enumerantur, in quibus ordinarii, ut Apostolice Sedis delegati, post Tridentinum in exemptos habeant etiam jurisdictionem, ut adeò rectius circa hanc materiam, quæ fusiōris disputationis est, ad Auth. Method: vel Erasmum Koch Roderiques: aut Barthol: quos relato titulo jam citavi, lectorum, si his opus habeat, remittam.

• 80 •

## §. V.

An allegantes privilegium exemptionis à jurisdictione ordinarii, possint Episcopi sive ordinarii jurisdictionem exercere, donec privilegium exhibitus, & probatum fuerit?

**R**espond, alleganti privilegium exemptionis non credi, nisi illud prober cap. cum persona 7. h. t. 6. & hic non tantum procedere contra hos possunt ordinarii, non probatis his privilegiis, sed etiam ad exhibenda, & ostendenda hæc sua privilegia cogi possunt, qui exemptionis privilegium prætendunt (cum privilegia sint quid facti, & consequenter non præsumantur, sed probati debeant,) nisi notorium esset tale privilegium exemptionis quod titulum, & possessionem, aut in jure communi fundatum, prout privilegium exemptionis fundatum habent religiosi mendicantes, qui ab inferioribus judicibus ad exhibendum privilegium inutiliter citantur, & compatrie non tenentur: & quamvis alii res non teneantur edere instrumenta, seu documenta contra ipsum cap. 1. de probat: privilegiatus tamen, sive exemptus, sive agat sive excipiat, debet probare privilegium, quod allegat, quia præsumptio est contra ipsum, cum ordinarii jurisdictione sit de jure communi fundata, nisi authenticè probetur aliud.

## §. VI.

An Ecclesia obtinens duplex privilegium exemptionis, Episcopi v. g.

& Papa, utroque uti possit?

**Q**uid possit Ecclesia uti duplii privilegio exemptionis, si duplex habeat

Kkk kk 3

habeat ab Episcopo v. g. & Papa, ita ut si succumbat ex uno, ex altero se defendere possit (cùm nullus prohibeat pluribus defensionibus uti, juxta reg. 20. in 6. ex e. cum olim 14. b. t paret, neque enim impetrans secundum privilegium ceterum renuntiare priori privilegio, super eadem re obtento, sed potest uti tam priore, quam postiore, prout utile videbitur.

## SECTIO III.

De aliis privilegiis speci-  
libus, de quibus agitur in  
hoc titulo.

## §. I.

De privilegio immunitatis à sol-  
vendis decimis etiam novalium?

**D**E hujus §. I. materia latus aetum vide-  
tur in lib. 3. Decret. tit. 20. praesertim  
sec. 5. & 6.

## §. II.

De privilegio celebrandi vel au-  
diendi divina officia tempore inter-  
dicti generalis?

**Q**uid sit interdictum generale, infra  
in Tit. de sententia excommunicati-  
onis dicitur, ubi etiam, quid fieri pos-  
sit, vel non possit tempore interdicti  
generalis, explicabitur. Hic et tantum  
quaestio moveri potest, quomodo in-  
telligenda sit illa licentia, quæ nonnu-  
quam regularibus conceditur tempore  
interdicti talis, divina celebrare, & u-

tiū etiam ad Episcopos extendi poli-  
privilegium concessum religiosis, ad  
vina celebraandas, interdiu generali  
tempore, cui uniusque quatuor respon-  
det primò, licentiam illam, qui conces-  
deretur regularibus, ut si Ecclesia  
conquiritendo ad locum aliquem invi-  
etum perveniat, in eorum advenientiis  
in anno aperiantur Ecclesias, ubi etiam  
excommunicatis, & specialiter intendit,  
divina illis celebrare licet, in intel-  
ligendum esse, quod una tantum loci  
illius Ecclesia, & tempore anno, ad  
vina talia celebraandas, aperte in  
quamvis enim textus in cap. expeditio  
24. §. illud etiam h. t. in pleno numero  
loquitur, aperiatur Ecclesia, utrum  
tamen explicat, quod hoc interdictum  
debet de omnibus Ecclesiis aperte  
ne vili pendatur sententia interdicti, sed  
de una tantum Ecclesia in tali loco inno-  
dicti aperienda, & de aliqua causa de-  
pendi, in alio loco interdicto, qua  
explicatione supposita, propter videtur  
modo verificetur, quod in pleniori  
numero dicunt iura, aperiatur Ec-  
clesia.

Respond. secundò, quamvis privi-  
legia regularibus concessa ad Episcopos  
extendenda non sint, cum præceptum  
ab una persona, cui concessum est, co-  
tendit non debet ad aliam personam  
dictum, quia tamen in peculiari hoc  
interdicti materia, ipsa iura hanc excep-  
tionem faciunt cap. quod nouundecima &  
ob favorem Pontificis offici, id est  
licebit eodem modo, cum ipsam reli-  
ctionibus, & limitationibus, divina ce-  
lebrare, talis interdicti tempore, quo  
littera.